

† Anno ex quo dei verbum In uterum virginis Assumpsit hominem Millesimo Centesimo Octogesimo Octavo et anno vicesimo tertio Regnante domino nostro Guillelmo Sicilie et Ytalie Magnifico Rege Mensis October Indictione Sexta; Nos Petracca presbiter et Grisu miles ambo fratres f. Kuriiohannis cannarum civitatis. Mercurio Iudice aliisque viris ydoneis subnotatis presentibus voluntate nostra gratuita vicariationis causa demus et fusto trademus vobis domino Bonifacio gratia dei reverendo cannarum episcopo astente vobiscum in his omnibus pro advocato (*raschiato*) Maraldi Totam partem quam in omnibus terris in uno teniente que sunt in loco sancti Petiti et usque nunc comuniter cum cannarum curia habuimus et omne ius quod in vineale lame sancti cassiani cum Mathie militis patruo nostro possidemus; ut a presenti hec nostra comutatio et traditio sit in potestate et dominio episcopii cannarum cum trasitis et exitis suis et omnibus iure sibi pertinentibus possidendi et faciendi de eis et in eis quod voluerint sine nostra nostrorumque heredum contrarietate; Pro qua nostra comutatione Sextam partem omnium terrarum quas pro parte Matris nostre et Iohannis Grisi militis cum Episcopo nostro Cannarum usque modo communes habuimus secundum scripti continentiam fusto nobis tradidisti vadium quoque ei dedimus nobis ipsis mediatoribus ut nos et nostri heredes simus ei et Episcopo Cannarum defensores inde ab omnibus hominibus Sin autem demus sibi seu parti Episcopo uncias auri tarenorum bonorum sici-liensium Quinque; pro dictis omnibus firmis et inlibatis manentibus. Licentiam quoque tribuimus ei et ipsi episcopo pignorarare nostra licita et inlicita donec predicta adimpleantur. Et hoc Scriptum Scripsi Ego Nicolaus Qui Interfui. (*Segue il segno*).

† Mercurius q. s. cannarum Iudex testatur.

† Signum crucis factum per manum Iohannis paganisuli et Comestabuli f. Riccardi militis.